Joannes Tertius Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kiouiæ, Volhyniæ, Liuoniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolensciæ, Seuerenæ, Czerniehouiæq̃

Significamus præsen̄ lr̄is Nr̄is quorum interest uniuersis Et singulis. Quod quemadmodum Sr̄nmus Ioannes Casimirus diuæ memoriæ Rex et Prædecessor noster speciali Priuilegio suo de data Varsauiæ die trigesima Mensis Marty Anno Dn̄i MDCLXVII benignè collato. Honoratum Alexandrum Pawlowic Seruitorem et Burgrabium Territorÿ Nr̄i Mielnicen̄ intuitu eius meritorum, Mansos duos desertos inter alios Mansos Oppidi nr̄i Mielnik iacen̄, cum pratis, et omnibus attinentiis, nec non Hortum dictum Rawinski cum dicto loco Splaw et Gorka biata, prout hæc omnia in sua latitudine et longitudine antiquitus continentur, tum demum Aream inter metas Successorum Felicis Markiewicz Ex unā, et uiam quæ tendit a monte Usrescie ad Oppidum Mielnik ex altera partibus incipiendo à Platea Brzeska ad montem dictum Biala gorka protenden̄ uti ipsius propria et per uarias temporum Calamitates desolata. à Communitate Iurisdictione priuatis Oneribus Ciuilibus Oppidi Mielnik eximerat, seiunxerat, et liberauerat. Ita et Nos Famatum Ioannem Pawlowicz Filium eius uti possessorum Mansorum post mortem ips Successorem liberandum et eximen̄ esse duximus, Uti quidem seiungimus Et eximimus, prænominatosq̃ Mansos Areas et fundos, à prædicta Contributione Iurisdictione et priuatis Oneribus ciuilibus liberamus, prænominatumq̃ Ioannem Pawlowic et eius Successores Ab omnibus Militum Statuis Exactionibus Oneribus Poduodis cunctisq̃ in genere et specie Officiis Ciuilibus eximimus. Conceden̄ eidem et posteris eius, ut de Ipsis Mansis Areis fundisq̃ præfatis Contribuões aggrarias aliaq̃ Onera Reipublicæ seorsim, non uero in Commune cum Oppidanis Mielnicen̄ ferre ac respectu prætensionum iniuriarum ac uiolentiarum quarumuis, non nisi coram Nobis Iudicioq̃ Nr̄o Assessorali respondere teneantur. Quos quidem Mansos Areas et fundos memoratus Ioannes Pawlowicz cum omnibus (Uti præmissum est) attinentiis, a priuato Onere Jureq̃ ciuili liberos et exemptos tenebit, habebit et possidebit et post fata eius posteri tenebunt, Eosq̃ dandi donan̄, uenden̄, aut quouis modo alienandi cum eodem Iure libertatis damus et concedimus facultatem. Quod omnibus quorum interest præsertim Generosi Capitanei Nr̄i Mielnicen̄ tum Magistratus totiusq̃ Communitatis Oppidi Nr̄i Mielnik ad notitiam deducen̄, mandamus, ut prænominatum Ioannem Pawlowic circa præsens Priuilegium Nr̄um inuiolabiliter conseruent et ab aliis omnibus plenarie et integrè obseruari curent. Pro gratia Nr̄a et sub pœnis in uiolatores Priuilegiorum Nr̄orum sancitt. In cuius rei fidem præsentes manu Nr̄a subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Grodnæ Die XVIII Mensis Februarii Anno Dn̄i MDCLXXIX Regni Nostri Poloniæ Anno Quinto.

Joannes Rex.

Conseruatio circa Libertationem priuatarum Contributionum Ciuilium Mielnicen̄ Famato Ioanni Pawlowic Seruitori et Burgrabio Territorÿ Mielnicen̄.

Nicolaus Szulc
Reg. Mttis Secrs
mpp.
Prva

10

Ad oblationem Famati Joannis Paniewicz in
Castro [illegible] Pestum
Generosissimi et Indubitati Creditoris ob 19
Sub [illegible] actum

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna
BIBLIOTEKA
Główna
w Bydgoszczy

265

Rkp 1222/28